

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput VI

urn:nbn:de:bsz:31-97032

C A P U T V.
D E B I S O N T E E T
B O N A S O.

Bison animal est majus bobus , gibbosum , latissima fronte (duo enim vel tres inter cornua confidere possunt) & crispa villis moschum redolentibus ; Caro ei æstate pinguisima , at fœtore allii , quo viciatur , viciatur . Robur ingens . Nam & equum & fessorem cornibus ventilat . Sanguinem habet , plus quam purpurei coloris , caliditatis tantæ , ut & ferrum venabili in omnes partes reddat tractabile , & intensissimis etiam frigoribus intra duas putrefcat horas . In Sylva Caledonia humanum adeo horrent consortium ; ut attrahatos ab homine frutices , aliquor diebus aversentur , & arte capti , moriantur mero . Cambd. in Scotia . Genus bisontis Ponasum facit *Gesnerus* , de quo scribitur , quod ferventissimum , insequente venatore , rejiciat stercus . Id vero , ut accidat animilibus , cursus facit . Calehunt eo intestina , flatus ob calorem excitantur , quibus inclusis , violenta per angustiam fit erupcio , locorum præsertim ex motu si compressio accidat ; quin & metum exprimere sepiæ atramentum in exemplo . Philippus Rex Macedonum ad pedem Oribeli montis unum jaculo confudit , cornua sedecim palmarum Herculis religioni data .

C A P U T VI.
D E C A M E L O .

Camelus multiplicem habet ventrem , vel quia magni est corporis , vel quia spinosa edit & lignea , providit supremus ut concoqueret . Turbida suavis illi est , nec fluviale gustat pede nisi turbatam ; Afri ci inedia quinquaginta dierum perpessa , ferotino tempore non attingunt pabulum ; sed exoneratos

campus frondibus alit. *Leo Aphric.* l. 3. Vitæ terminum centesimus annus claudit, aëris insolentia si non contraxerit mortbum. *Plin.* Indis ad cursum fetivunt, si Philostrato credimus, nec supra vires est, mille stadium una die confidere iter. At genus illud, quod *Ragnail* apud Afros dicitur, centum passuum absolvit milia, modico viatu per octo dies iter perpetuans. Cum matre nunquam illis res. Cum pastor ad obtemperam admisisset, detecta adeo exarsit, ut eum obtriverit, se egerit præcipitem, *Arist. in admir.* Dociles esse docuerunt exempla. Si quando inter Aethiopiam & Barbariam solito diutius dici protrahitur iter, parcunt defessis flagro: at certa cantilena in tantum concitantur cursum, ut difficultas sit assequi. Visus Alcairii, ad tympani saltare sonum, mito edoctus modo. Iuvenculus quippe in hypocaustum introducitur, cujus pavimentum, igneum imbibit calorem. Pulsatur præ fortibus tympanum, caloris his gratia alterum pedem erigit; continuato per annum exercitio ita assuevit, ut publico datus, calidi pavimenti memoria, ad sonum tympani pedes erigat, & saltare videatur. *Leo Aphric.* In terra Gigantum animal est, capice, auriculis, collo Mula, corpore Cameli, cauda Equi. Altitudo illi pedum sex, longitudo quinque, collum Cygneo colore candidissimum. Advectum anno 1558. Middelburgum Zelandiæ, ovis dicebatur Indica, *Allo Camelum* nuncupavit in Exercitat. *Scaliger.*

CAPUT VII.

DE CAPRA.

Tradunt noctu non minus cernere capras, quam die. Ideo captivo jecore, si vescantur nyctalopæ vespertino restituuntur visui. Et auribus & naribus respirant, si pastoribus credimus. Philes signum addit, quia naso obstructo nil offenduntur. *Ælian.* Avertæ jacent in pascuis Sole in occasum declivi, adversa aliis horis, & inter cognitiores. Cornu caprinum capi.